

DB 922

.1

.B74

1838

Copy 1

Merrill Egan


Albion Saffery

St. James St. Albany

Saffery's

Albion Saffery

Jan 21 1842



LIBRARY OF CONGRESS

Faint handwritten text at the bottom of the page, possibly including a date or name.

LE

N. P. A.




Alamir Payer

Histo
ria

Bar 1840

Bar of
Payer



G

Hic Liber est
factus per Deum
qui illum scripsit
has memores

Herinden. V. d. n. -
Gaffer. Vocatus

17th June 1841


per. 13th in 1841

Apud Bagin

per. 13th in 1841

quand Principate
habuerunt Exam
en

BREVIS HISTORIA
DUCUM, AC REGUM
HUNGARIAE.



POSONII,
Apud Aloysium Bucsónszky.
1838.

AMERICAN LIBRARY

UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARY

ANN ARBOR, MICHIGAN



LC Control Number



2004

442516

BREVIS HISTORIA
DUCUM, AC REGUM
HUNGARIAE.

Magyarország Historiájának

meghatározása, célja, és haszna.

Magyarország' *historiája* alatt értetik hazánkban esett emlékezetes történeteknek hiteles elbeszélése. — *Célja* elménket leghasznosabb hazai dolgok' esméreteivel gazdagítani, — tükör gyanánt előnkbe terjeszteni mind a' minket korral megelőző jámborok' erényeit, mind gonoszok' erkölcstelenségeit; hogy világosan láthassuk: mit kelljen cselekednünk, mit kerülnünk. — *Haszna* igen nagy: ugyan is a' honi historiából a' fejedelmi férfiaknak számtalan jeles tetteiken kívül, minden korbeli embereknek, tudomány, 's mesterségbeli leghasznosabb találmányoknak, és legbölcsebb törvényeknek esméretét szerezzük meg. — Honnét nem is kell semminemü historiára annyi szorgalmat fordítanunk, mint a' hazaira. —

Eldődeinknek Ásiából Pannoniába költözködésökről.

Eldődeink három ízben költöztek ki Ásiából:

1-ör. *Hunnok'* neve alatt Kr. szül. u. 374-dik táján.

2-ör. *Avarok'* neve alatt 568-dik táján.

3-ör. *Magyarok'* neve alatt 884-dik táján.

Definitio

Historiae regni Hungariae, finis, et utilitas eiusdem.

Nomine *Historiae* regni Hungariae venit fidedigna narratio eventuum memorabilium, qui in Hungaria contigerunt. — *Finis* eius est: animos nostros rerum utilissimarum, quae in Patria evenerunt, cognitionibus imbuere. — Speculi instar proponere tam proborum virtutes, quam vitia pravorum, qui aetate nos antecessere, ut perspicere valeamus: quid agendum, quidve cavendum sit. — *Utilitas* Historiae maxima est: praeter innumera enim virorum principum facta illustria, omnis aevi hominum, utilissimorum inventorum in scientiis, et artibus, legum porro sapientissimarum notitiam aquirimus. — Unde nec ullum Historiae genus maius studium a nobis requirit, quam illud Patriae nostrae. —

De Maiorum nostrorum ex Asia in Europam migratione.

Maiores nostri tribus vicibus ex Asia susceperunt migrationem:

I. Sub nomine *Hunnorum* anno Chr. circiter 374-mo.

II. Sub nomine *Avarum* circa annum Chr. 568-um.

III. Comparuerunt sub nomine *Hungarorum* circa annum Chr. 884-um.

A' Hunnokról.

Hogy a' *szittyja* eredetű *Hunnoknak*, a' Magyarok' *eldődeiknek* Ásiában *Kaspium* tengernél volt lakhelyök *Volga*, és *Tanais* (Don) folyami közt, régī iróink köz egyezéssel allitják. — Honnét *Balamber'* vezérlése alatt 374-ben Európába átköltözvén a' kies földű *Pannoniát Daciával* (Erdélylyel) együtt elfoglalták 377-ben. — A' *hunn* fejedelmek között leghiresebb volt *Attila*, honi néven *Etele*, 434-ben, ki országát a' dicsőség' legfényesb fokára emelvén, megholt 454-ben. — Minekutána *Attila*, a világ' rémitője élni, és féletni megszűnt, fiai az országon meghasonlottak. — Honnét alattvalóik lerázván a' czivódók' igáját, magokat szabadokká tették, — és így a' *hunn* birodalom 454-dik éven túl nem állhata fenn. —

Az Avarokról.

Második költözésök *eleinknek* Ásiából Európába, *Khinai*, és más szomszéd nemzetektől kimozdítatván lakhelyeikből, *Avar* név alatt isméretes. — Első *Justinian* keleti czászártól szabadságot eszközölvén, *Daciát* a' *Gepidáktól* elragadják, — a' *Longobárdok Pannonia'* birtokosi, *Gepidák'* e' példájára megijedvén, és önként elköltözvén *Olasd* országba, az *Avarok Pannoniát* is elfoglalják 568-ban. — Ezen időtől annyira elhiresedtek fegyvereik által: hogy nem csak a' keleti, hanem nyugoti császárokat is adóztatnák. — De 800-dik táján *Nayy Károly Frankok'* királya által történt több izbeni megverettetésök, és bel visszavonások

De Hunnis.

Scythicae originis *Hunnos*, *Maiores* Hungarorum in Asia sedes habuisse ad mare *Caspium* inter *Volgam*, et *Tanaim* fluvios, scriptores antiqui uno quasi ore testantur. — Unde duce *Balambere* 374-o in Europam delati laetam solo Pannoniam, una cum Dacia occuparunt 377-o. — Ex Hunnicis Principibus celeberrimus *Attila* patrio nomine *Etele* 434-o — qui, imperio suo ad summum gloriae fastigium evecto, obiit 454-o. — Postquam *Attila* terror orbis vivere, timerique desiisset, filii eius de regno decertabant. — Unde subditi excusso litigantium iugo, se libertati asseruere, sicque regnum *Hunnicum* ultra annum 454-um durare non poterat. —

De Avaribus.

Altera Maiorum nostrorum per *Sinenses*, aliosque finitimos populos sedibus dimotorum ex Asia in Europam migratio sub nomine *Avarum* nota est. — Accepta a *Justiniano* 1-o Orientis Imperatore licentia, *Daciam Gepidis* eripiunt, *Longobardis Pannoniae* dominis Gepidarum exemplo territis, ac sponte in *Italiam* discedentibus, *Pannonia* quoque potiuntur *Avares* 568-o. — Ab hoc tempore adeo inclaruerunt armis: ut orientis non minus, quam occidentis Imperatores tributarios haberent. — Verum circa annum 800. a *Carolo Magno Francorum* rege cladibus inflictis, discordiaque civili adtenuati, et in agros

által elgyengültek, 's a' szombathelyi környékre szorítottván, minden urodalmok elenyészett. —

A' Magyarokról.

Eldődeinknek harmadik költözködésök Asiából Európába *Magyarok'* neve alatt történt 884-ben. — Ezek azon részéből jöttek *Scythiának*, melly most *Baskiriának* mondatik: *Almus*, *Eleöd*, *Kund*, *Und*, *Tos*, *Huba*, és *Tuhutum* vezérlésök alatt. — Kik közül legnagyobb hatalommal birt *Almus*, kinek mindnyájan, minekelötte útnak indulnának, pogány módra egy edénybe folytatván véröket, mind béke' mind háború' idején engedelmességet, és hogy annak férjfi utódjaiból választandnak magoknak fejedelmet, esküvének. — Elvégezvén öt évi útjokat szerencsésen beérkeztek Magyar országba; és midőn *Almust* halálhoz közelgetni latnák, annak fiát *Árpádot* választák fejedelmöknek 889-ben.

ÁRPÁD fejedelem

889 — 907 = 18.

Árpád atyja *Almus* után elnyervén a' fejedelemséget, azonnal vezéreit külön tájak' elfoglalására küldé, kiknek munkásságával nyolcz évi huzamos győzedelmek által minden földeknek, mellyeket Magyar országnak nevezünk, urává lett, és azt az új haza mellett faradozó vezérei közt, megtartván magának és utódjainak tetemes részét, felosztotta. — A' javak' kiosztása után övéit *Kürtöltő* hoz hivta,

Sabarienses reiecti, omni fere dominatu exuti sunt. —

De Hungaris.

Tertia *Maiorum* nostrorum ex Asia in Europam migratio fuit sub nomine *Hungarorum* anno Chr. 884.0. — Hi ex ea parte *Scythiae* venerunt, quae hodie *Baschiria* vocatur, ductoribus *Almo*, *Eleöd*, *Kund*, *Und*, *Tos*, *Huba* et *Tuhutum*. — Ex his maxima pollebat potestate *Almus*, cui omnes, antequam iter ingrederentur, fuso more gentilium in unum vas sanguine, obedientiam belli, pacisque tempore, item quod ex eius virili stirpe semper eligere velint regem, iurarunt. — Emenso itaque feliciter quinque annorum itinere pervenerunt ad modernam Hungariam; et cum iam *Almum* morti proximum viderent, filium eius *Arpadum* ducem sibi elegerunt anno 889. —

A R P A D U S D u x

ab anno 889 — 907 = 18.

Arpadus patri *Almo* succedens, mox Duces suos ad varias terras subiugandas dimisit, quorum opera continuatis victoriis octo annorum decursu omnium terrarum, quas Hungariam appellamus, dominus evasit, easque inter Duces suos de nova Patria optime meritos, retenta sibi, suisque successoribus praecipua parte, divisit. — Facta bonorum collatione suos ad lacum *Kürtöl* convocavit, ubi latis quibusdam legibus, toti

hol némelly törvények hozatván, 's az egész országot bizonyos részekre felosztván, kapitányokra bizta. — Hanyatlani kezdvén *Árpád* fejedelem' egészsége, *Zoltán* legifjabb fiját, kihalván az idősbek, rendelte örökösének, és 907-ben megholt. —

ZOLTÁN fejedelem

907 — 947 = 40.

Mivel *Zoltán* kormányra emeltetésekör még kiskoru volt; azért az ország' kormánya gyámnokaira bízott. — Ezek voltak a' nemzetnek főbirái *Gylás*; és *Karchás*, és három katonai tudományokban jártas férjfiak: *Lehel*, *Bulcsu*, és *Botond*. — Amazoknak kötelességek voit a' pereket végezni, és vétkesekre büntetéseket szabni; emezeké hadat viselni, és frigyet kötni. — *Zoltán* érett korra jutván az ország' határait kijelelte. — Ezen fejedelem alatt a' Magyarok be-beütöttek a' szomszéd tartományokba zsákmányolás végett, többnyire jo szerencsével. —

TAKSON fejedelem.

947 — 972 = 25.

Takson alig nyeré el a' főméltóságot, azonnal ifjabb *Berengár* ellen intézé fegyverét, kit tiz véka pénzen kényszerített békét vásárlani. — Onnét visszatérvén, midön *Luitulf* herczegnek, atyja *Otto* ellen segítséget nyujtana, *Augusta* városánál meggyőzetett; maga ugyan kevesed

regno, in certas partes diviso, Capitaneos praefecit. — Aetate demum fractus *Arpadus* filium *Zoltanum* minimum natu, emortuis aliis, constituit regni haeredem, et 907-o e vivis excessit. —

ZOLTANUS Dux

ab anno 907 — 947 = 40.

Zoltano clavo regni admoto adhuc minorrenni, Reipublicae administratio tutoribus commissa est. — Hi erant supremi Gentis iudices *Gylas*, et *Karchas*, et tres militari scientia illustres viri *Lehel*, *Bulcsu*, et *Botond*. — Illorum fuit lites dirimere, ac delinquentibus poenas decernere; horum bella gerere, foederaque pangere. — *Zoltanus*, cum iustam aetatem attigisset, regni limites definivit. — Notandum: regnante hoc principe Hungari praedam acturi plurimas in vicinas provincias fecerant excursions, plerumque fortuna secunda. —

TOXUS, alias TAKSON Dux

ab anno 947 — 972 = 25.

Toxus, alias *Takson* vix summam dignitatem est adeptus, illico arma movit contra *Berengarium* iuniorem, quem decem modis nummorum pacem mercari coëgit. — Inde redux, cum *Luitulpho* principi contra *Ottonem* patrem auxilia ferret, ad Augustam Viudelicorum vi-

magával a' veszélyt kikerülte, de ellenség' kezére jutottak elevenen *Bulcsu, Lehel, és Botond* vezérek, kiket a' császár nemzetünk' gyalázatjára felakasztatott. — A' Magyarok, hogy ezen méltatlanságot megboszulnák, az előbbi háboruban fogságra ejtett Németek közül husz ezeret lenyakaztak. — Ezek után *Takson* élni megszűnt életének 42é-ben, Kr. sz. u. pedig 972-ben. — *Geyza*, és *Mihály* fiait hagyván maga után.

GEYZA fejedelem

972 — 997 = 25.

Geyza az atyja által II. *Otto* val kötött békét országlása' elején azonnal megerősítette. — Kereskedőknek, és kézimiveseknek szabad bejövotelt engedett Magyar országba; melly engedelmével nagy szamu külföldieket vont magához. — A' keresztény hitet számos Magyarjaival felvette; — ennek terjesztése, és a' magyar ifjuság' tudományokbani taníttatása végett *Olasz*, és *Cseh* országból idézett *papoknak*, és *szerzetesek* nek, leginkább *benedek rendbeliek* nek lakhelyeket épített. — *Vaic* fiának, ki kereszttség után Istvánnak mondatott, *Giselát* *Henrik Bavariai* Fejedelem' leányát jegyezte el nőül 997-ben megholt. —

ISTVÁN fejedelem

997 — 1000 = 3.

Geyza atyja' halála után István a' fejedelemségre emeltetett. — Lecsendesítven a'

etus; Toxo quidem cum exigua manu periculum evitante, in manus hostium vivi pervenerunt: *Bulcsu*, *Lehel*, et *Botond* duces, quos Caesar magna Gentis infamia infelici arbore suspendendos iusserat; Hungari, ut hanc indignitatem vindicarent, ex Germanis antea bello captis viginti millia capite minuerunt. — Post haec *Toxus* vitam cum morte commutavit anno aetatis 42-o, Chr. vero 972-o. — *Geyza* et *Michaële* filiis relictis. —

GEYZA Dux

ab anno 972 — 997 = 25.

Geyza initam a patre cum Ottone II. pacem in ipso regni aditu confirmavit. — Quaestoribus, opificibusque exteris liberam dedit in Hungariam commeandi facultatem, qua indulgentia magnam ad se traxit vicinorum frequentiam. — Religionem Christianam cum non exigua Hungarorum parte suscepit; — ad eam dilatandam pubemque Hungaram literis imbuendam *Clericis*, et *Religiosis Ordinis* praesertim *Benedictini* in regnum ex *Italia*, et *Bohemia* accersitis, domicilia posuit. — Filio *Vaic*, qui post baptismum Stephanus dictus est, *Giselam*, *Henrici Bavariae Ducis* filiam, uxorem desponsavit, anno 997-o vivere desiit. —

STEPHANUS Dux

ab anno 997 — 1000 = 3.

Post obitum *Geyzae* patris *Stephanus* regni gubernacula capessivit. — Sopita Hungaros

Magyarok, és Németek közt támadt kemény vitát, *Kupát* a' sümegi vezért, jó móddal nem boldogulhatván, fegyverrel törte meg. — Azután a' *pannonhegyi apátot, Astrikot, II. Sylvester* romai pápához küldötte, hogy a' magyar nemzetet fogadná az anyaszentegyház' keblébe, sz. dolgokban tett intézkedéseit erősítené meg, és koronát, mellyel megkoronáztatnék, küldene akkori szokás szerint. — István' kérelmeit a' pápa helyben hagyván, küldött kettős keresztet, és koronát, mellyel 1000-dik esztendőben augusztus' 15-én István meg is koronáztatott.

Magyar - Ország' történeteit régi szokás-ként három korszakra osztjuk: az elsőt *arpádi* korszaknak 1000 — 1301 — másodikat *vegyes*-nek 1301 — 1526 — harmadikat *austriai*-nak mondjuk 1526 — jelenkorunkig. —



E l s ő.

vagy is

ÁRPÁDI KORSZAK.

Sz. ISTVÁN 1-ső király

1000 — 1038 = 38.

Véghez vitetvén a' koronáztatás' ünnepe, a' sz. király mind a' hitvallási, mind polgári dolgok' elrendeléséhez fogott. — De ezen idvesség, leginkább sz. dolgokbani változtatásainak keményen ellene szegezte magát II. *Gyula*, erdélyi fejedelem, kit legyőzván és elfogván nőjével

inter, et Germanos acri dissensione, *Cupam*, ducem Simighiensem, cum lenioribus nihil proficeret, perdomuit armis. — *Astricum* dein *Montis Pannoniae Abbatem Romanam* misit ad *Sylvestrum II.* Pontificem Romanum, ut Gentem Hungaram ad sinum Ecclesiae reciperet, constitutiones in rebus sacris confirmaret, et coronam, qua inauguraretur, pro more illius aetatis mitteret. — Pontifex annuit postulatis et coronam cum duplicata cruce misit, qua *Stephanus* anno 1000 die 15. Augusti coronatus est.

Historiam Hungariae adulto more in tres periodos dividimus: primam *Arpadianam* ab anno 1000 — 1301-um — *Mixtam* alteram ab anno 1301 — 1526-um; postremam *Austriacam* ab anno 1526 — usque nostra tempora dicimus.



Periodus I-ma A R P A D I A N A.

S. STEPHANUS

ab anno 1000 — 1038 = 38.

Peractis coronationis solenniis S. rex tam sacram, quam profanam Rempublicam ordinare est adgressus. — Verum salutari huic rerum praesertim sacrarum commutationi acriter se

és gyermekeivel őrizet alá tétete. — Azután *Keán* bolgár fejedelem ellen fordította fegyverét, ki szinte legyőzetett, 's életétől megfosztatott. — Megmenekedvén ellenségeitől, az ország' kezdett rendelgetéseit folytatta, megalapítván az *esztergomi érsekséget*, 10 püspökséget állított. — *Új hivatalokat*, — *három ország' rendjeit* — és világi fő rendekből 's püspökökből *királyi tanácsot* alkotott. — *Új törvényeket*, és *rendeléseket* hozott. — Az országot 60 részekre osztván, mind egyikbe fő ispánt rendelt. — Mivel a' tudományok ezen korban, ha kiveszed *Görög- és Spanyol* országot, a' többi egész Európában csak nem egyedül a' monostorokban tanítatnának, és a' sz. *Márton* tiszteletére 1001-ben alapított *pannonhegyi* monostor' egyedül egész országra nem volna elegendő, a' kegyes király több monostorokat állított — a' sz. *Benedek*, *rendjének*. — Illyen tudományos intézetekkel a' *püspökségek*, és *káptalanok* is elláttattak, — hogy meg annyi nevelő intézetek lennének a' papok' számára, és egyszer'smind gymnasiumok helyett is szolgálnának a' magyar ifjuság' oktatására. — Míg sz. *István* a' közjóért így buzgólkodik, fia *Imre* hirtelen nyavalába esvén meghal 24 éves korában. — Szakadatlan gondok gyötrék ez időtől sz. Istvánt hagyandó örökösse miatt, — a' kijelelt *Vázullal*, nagybátyja' fiával, ki a' királyne mestersége által szeme' világától megfosztatván, nem boldogulhatott. — Végre hideglelésbe esett, felvévén a' haldoklók' sentségeit, e'világból kiköltözött nagy boldog Asszony napján 1038-ban — hűledékei *Székes fejérvárott* a' tőle épített b. Szűz' fő egyházába tétettek.

opposuit *Gyula* II. Transylvaniae Dux, quem victum, captumque cum coniuge, et liberis custodiae mancipavit. — Dein in *Keanum*, *Bulgarorum* Ducem, arma vertit, qui aequè victus, vitæque exutus est. — Superatis hostibus coeptam regni ordinationem continuavit, fundato *Archiepiscopatu Strigoniensi*, decem *Episcopatus* constituit. — *Nova officia* — *tres regni status* — e Magnatibus et Episcopis *Senatum regium* creavit. — *Novas leges, statutaque* tulit. — Regno in 60 circiter partes divisio Comites parochianos praefecit. — Cum literae hoc aevo, demta *Graecia* et *Hispania*, in tota reliqua Europa fere unice in Monasteriis docerentur, solumque Monasterium *S. Martini de Monte Pannoniae* 1001-o fundatum toti regno haud sufficeret, pius rex plura erexit Monasteria pro Ordine *Benedictino*. — Talibus institutis literariis *Episcopatus*, et *Collegia* quoque aucta sunt, ut essent quasi totidem seminaria sacerdotum, simulque Gymnasiorum vices obirent pro instituenda pube Hungara. — *S. Stephano* ita Reipublicae satagente filius eius *Emericus* repente morbo correptus diem supremum anno aetatis 24-o obiit. — Angebant deinceps *D. Stephanum* perpetuae curae de relinquendo haerede — destinato *Vasule* patruæ suo artibus reginae excoecato voto potiri neutiquam potuit. — Tandem tactus febris, susceptis rite morientium sacramentis, ex hac vita migravit in festo Assumptionis B. M. Virginis anno 1038-o, exuviae eius Albae Regiae in Basilica Beatae a se exstructa conditae sunt. —

PÉTER 2-dik király

1038 — elűzetett 1044 — megszűnt 1046 = 8

Péter Otto Vilhelm burgundiai grófnak *Giselától* sz. István' hugától való fia. — Uralkodása' elején tüstént elidegenítette magától a' Magyarokat: az ország' nagyjait gúnyolni, a' főhivatalokat, 's kapitányságokat *Németeknek* és *Olaszoknak* kezdé ajándékozni. — Magyarországnak, melly diák nevét Hungaria, *anjor* vagy *angaria*, az az nehéz, és még a' Magyarok előtt ismételten szolgálat' nemétől vette, Németország alá kell vettetnie, gyakran hántorgatá. — Ezen cselekvés' módjával a' szabadságban született Magyarokat új elhatározásra kényteté, kik uralkodása' 3-dik esztendejében elmozdítván *Pétert* az országtól, *Abát*, sz. Istvan' huga' férjét, választják királynak. —

ABA SÁMUEL 3-dik király

1041 — 1044 = 3.

Sámuel elnyervén az országot, midőn tisztességes úton el nem érhetné megkoronáztatását, félelmet gerjesztve törekedett azt kicsikarni. — Az ország' nagyjait t. i. országos dolgok' végzése örve alatt *Csanádra* meghivja, és kikről gyanuja volt, hogy Pétert pártolják, nyársra vonatta, és magát hirtelen megkoronáztatta. — Hogy pedig valami kegyelem mutatással enyhítené kegyetlenségét, *Péter'* rendeléseit eltörlötte, és mindent előbbi karba visszatett. — Három háborút viselt III. *Henrik* császárral, a' harmadikban meggyőzötven, futás közben elfoga-

PETRUS Rex 2.

ab anno 1038 — amotus 1044 — desiit 1046=8.

Petrus Ottonis Vilhelmi Burgundiae comitis ex *Gisela* S. Stephani sorore filius. — Principio statim regiminis sui animos Hungarorum a se abalienavit. — Summates enim regni ludibrio habere, *Teutonibus*, et *Italibus* magistratus, et praefecturas conferre coepit. — Hungariam ab *angore*, aut *angaria* i. e. servitutis genere molesto, et nondum Hungaris nota dictam, Germaniae subiectam esse debere, saepius iactabat. — Hac sua agendi ratione Hungaros in libertate natos nova inire consilia coëgit, qui tertio regiminis anno amoto ab imperii maiestate *Petro*, *Abam*, sororis S. Stephani maritum, regem nominant.

SAMUEL ABA Rex 3.

ab anno 1041 — 1044 = 3.

Samuel ad regni clavum eluctatus cum via honesta sui inaugurationem obtinere non posset, terrore incusso extorquere proposuit. — Proceres videlicet regni de Republica consilia agitandi specie *Csanadinum* convocat, et de quibus suspicio fuit Petro favere, palis affigendos, seque tumultuario opere coronandum iussit. — Ut vero quodam clementiae facto crudelitatem minueret, Petri statuta abrogavit, cunctaque ad morem pristinum redire praecepit. — Bella tria gessit cum *Henrico* III. Imperatore, in tertio victus, in fuga interceptus, et ab Hungaris, quibus

tott, és a' Magyaroktól, kiknek uralkodásával ártalmokra volt, kegyetlenül megöletett 1044. eltemettetett a' tőle építettett *Saár* monostorban.

PÉTER ismét király.

Magyarok' akaratjából, és III. Henrik' segítségével, kihez országavesztett folyamodott volt. — De rövid időn ismét beállottak az előbbi egyenetlenségek. — A' király elremülvén dolgai' sikeretlenségén, *Henriket* Magyarországba hívja, 's annak magát országostól, átadja. — Melly tette, hozzá járulván előbbi vadsága, anuyira elkeserítette a' Magyarokat, hogy köz akarattal az Oroszországban tartózkodó *Endre* hivatnék meg a' királyi székre, *Péter* abból ismét kitétetvén. — Ezt megértvén *Péter*, Austriába sietett, de *Zamur* falunál a' boszús Magyarok' kezébe került, kik által szeméitől megfosztatott, melly fájdalomiból következő évben *Székes fejérvárott* megholt, és *Pécsett* a' tőle építetett sz. egyházba eltemette-tett 1047-ben.

I. ENDRE 4-dik király

1046 — 1061 = 15.

Első *Endre* tar *László'* fia Magyarországot a' legszomorúbb állapotban találta: ugyan is *Abaujvárnál Vatha'* vezérlése alatt igen számos támadók' serege tódult elejbe, kik irtóztatókat kérnek vala tőle. — *Endre*, nehogy eleve veszélyeztesse királyi méltóságát, *Vathának* enged. — De megesevén koronáztatása *Székes*

regnans nocuerat, crudeliter iugulatus 1044-o et in Monasterio *Saár*, quod aedificaverat, sepultus est. —

H

PETRUS iterum Rex.

Voluntate Hungarorum, et virtute Caesaris *Henrici III.*, ad quem solio privatus confugerat. — Verum brevi solita rursus prorupere dissidia. — Rex metu rerum ad irritum cadentium percussus, *Henricum* in Hungariam vocat, eique se, regnumque suum tradit. — Quod factum accedente priore feritate adeo exacerbavit animos Hungarorum, ut voto communi *Andreas* in Russia Rubra commorans ad thronum capessendum invitaretur, *Petro* rursus regno abrogato. — Quo audito *Petrus* in *Austriam* properat, verum ad villam *Zamur* in coniuratorum manus venit, a quibus oculis privatus, quo dolore anno sequenti mortuus est *Albae Regiae*, sepultusque *Quinque-Ecclesiis* in Basilica a se erecta 1047.

ANDREAS I. Rex 4.

ab anno 1046 — 1061 = 15.

Andreas I. Ladislai Calvi filius Hungariam in funestissimo statu reperit: venienti enim ad *Abaujvár* Duce *Vatha* immensa seditiosorum multitudo horrenda quaequae postulantium occurrit. — *Andreas* ne sub initium regiminis sui regiam dignitatem in periculum coniiceret, *Vathae* connivet. — Verum peracta *Albae Regiae* coro-

fejérvárott az életben lévő három püpek által, országgyűlést tartott, mellyen igen kemény törvényt hozatott a' közcsend zavarók ellen. — Honnét történt, hogy józanabb utra térvén, az anyaszentegyház', és hitvallás' tisztelete helyre állana. — Két hadat viselt: elsőt III. *Henrik* ellen, ki, éhségtől nyomattatván, kénytelenítetett a' Magyaroktól békét vásárolni. — Másodikat viselte Béla testvére ellen de szerencsétlenül, ugyan is a' megsebhedt király, midőn a' csatából menekedni iparkodnék, *Mosonnál* elfogatván *Zirczen* megholt 1061-ben — eltemettetett *Tihanyban* a' tőle alapított monostorban. —

I. BÉLA 5-dik király

1061 — 1063 = 3.

Első *Béla* más néven *Adalbert*, honi nyelven *Benin*, — *Endre'* legyőzetése után köz akarattal, elmellőztetvén a' gyenge koru *Salamon*, királynak választatott 1061-ben. Az ország' közhasznára az adót megkisebítette, jobb nemű pénzt hozott divatba, az áruk' árát meghatározta, — hogy a' renyhéséget munkássággal cseréltetné fel a' népnek parancsolatot adott szántóföldjei' szorgalmas mivélésére. — Végre midőn *Dömösön* tartózkodván *Ernest* austriai herczeg által *Salamon* ügyében okozott veszteségét megboszulni készül, széke öszverogyván földre esett, ezen esésből halálos nyavalya kerekedett, melly más világra is vitte 1063 — maga után hagyván *Geyza*, és sz. *László* fiait *Salamon* után királyokat, és *Lambertet*. —

natione a tribus Episcopis solum tunc superstibus, comitia celebravit, in quibus strictissimam legem tulit contra publicae pacis turbatores. — Unde factum est, ut ad frugem redirent, Ecclesiae, Religionique pristinus restitueretur honos. — Bella gessit duo: primum cum *Henrico III.* quem fame pressum pacem ab Hungaris mercari coëgit — secundum adversus Belam fratrem sed infeliciter, nam ipse vulneratus, dum ex acie excederet apud *Mosonium* interceptus obiit in *Zircz* 1061. et in *Tihány* Monasterio a se fundato tumulo illatus est. —

BELA I. Rex 5.

ab anno 1061 — 1063 = 3.

Bela I. alio nomine *Adalbertus*, patria lingua *Benin* — Andrea devicto unanimi Hungarorum voto posthabito legitimo haerede tenello *Salamone* rex salutatus est anno 1061. Ad communem regni utilitatem vectigalia imminuit, usum melioris pecuniae introduxit, rebus venalibus pretia defixit, — ut otium labore interpellaret, populum summæ industria agros colere imperavit. — Ad extremum dum *Dömösini* commorans cladem in causa *Salamonis* ab *Ernesto* Austriae Marchione acceptam ulcisci parat, corruente sella humo allisus lethalem sibi concivit morbum, ex quo et animam egit 1063. — relictis filiis *Geyza*, *Ladislao S.*, post *Salamonem* regibus, et *Lamberto*. —

SALAMON 6-dik király

1063 — 1074 = 11.

Meghalálozván első *Béla* az ország *Geyza*’, és *László*’ átengedéséből *Salamon*ra szállot; megtartatván mindazonáltal, és *Salamontól* meg erősítettvén jogjok Magyarország, harmadrészéhez. — Ezen egyezés a’ hercegek, és *Salamon* közt nem sokáig állhatott fen, oka *Vid* a’ király’ tanácsosa volt: kinek tanácsából *Salamon* Magyarország’ harmadát megtagadta a’ hercegektől. — Minekelőtte még is a’ dolog hadra került, a’ béke helyre állott. — De ezen béke nem volt tartós, mert *Vid* a’ gyenge királyt annyira eltöltötte gyanúval és félelemmel, hogy a’ hercegeket élete ellen vélvén törni, azokat kivégezni eltökéllené. — Azonban a’ veszély felől jókor értesítettvén a’ hercegek, minden cselt kikerültek. — Míg ismét fegyverre került a’ dolog, és *Vác*znál meggyőzöztvén a’ hercegektől *Salamon* a’ győzedelmet koronájával együtt elveszté, mellyet nem is nyert többé vissza. —

I. GEYZA 7-dik király

1074 — 1077 = 3.

Első *Geyza* Magyarok’ kérelmére, és a’ romai pápa VII. *Gergely*’ helybenhagyására fogadta el megkoronáztatását 1075-ben. — Ezen országunk’ mind egyházi, mind világi dolgokbani ősi szabadságáért buzgólkodó igen dicséretes király, míg élt, mindenkor kész volt a’ királyi széket *Salamonnak* visszaadni: honnét

SALAMON Rex 6.

ab anno 1063 — 1074 = 11.

Exstincto *Bela* I. regnum devolutum est cessione Ducum *Geyzae*, et *Ladislai* ad *Salamonem*; retento tamen, et per *Salamonem* confirmato iure sibi ad tertiam Hungariae partem. — Concordia haec inter Duces et Regem non diu salva permansit — causa *Vidus*, regis minister fuisse traditur, cuius consilio *Salamon* tertiam Hungariae partem Ducibus negavit. — Antequam tamen ad bellum ventum fuisset, pax coaluit. — Verum pax haec non fuit diuturna, nam *Vidus* tenerum regis animum suspicione, et metu adeo complevit, ut is vitae suae a Ducibus insidias parari existimans illos e medio tollendos statuerit; mature tamen de periculo edocti Duces omnes insidias eluserunt. — Donec ad arma iterum ventum est, et ad *Vacium Salamon* a Ducibus superatus victoriam cum corona amisit, quam nec amplius recuperavit. —

GEYZA I. Rex 7.

ab anno 1074 — 1077 = 3.

Geyza I. Hungarorum precibus victus, ac consensu Romani Pontificis *Gregorii* VII. inaugurationem admisit sui 1075. — Rex hic ob zelum immunitatis reipublicae tam sacrae, quam profanae laudatissimus, quoad vixit, ad restituendum *Salamoni* solium paratissimus exstitit: unde decrevit ei partem dominatus sui

el is határozta magában részét országának a' szegénységgel küzdő *Salamonnak* átadni, de midőn ezen dolog halasztatik, *Geyza* élni megszünik, *Vácson* temettetett a' tőle épített templomba 1077-ben. —

Sz. LÁSZLÓ 8-dik király

1077 — 1095 = 18.

Sz. *László Geyza'* testvérének nyomdokit követvén a' királyi méltóságot sokáig nem fogadta el, nem is akarta *Salamon'* életében a' koronát fejére tétetni, és magát királynak nevezettni; midőn azonban igen kéretnék, és a' nagyok' idegenkedését látná *Salamon* iránt, ne hogy kárát szenvedné az ország, a' koronát *Salamon'* megegyezésével elvállalta 1081-ben. — De azonnal annyira megbánta tettét *Salamon*, hogy *László'* élete ellen törekednék, a' miért elfogatott, és a' *visegrádi* várba záratott, nem is szabadult meg előbb mint 1083-ban, hogy sz. *István'*, *Imre'*, és *Gellért'* testeik' felvételénél jelen lehetne — négy év mulva *Kunok'* társaságában a' *Görögök*, és *Bolgárok* ellen scátázván, megöletett. — Több háborui voltak sz. *Lászlónak* a' *Kunok* ellen, mellyeket szerencsével végzett. — Végre nyavalyába esett, Magyarországot *Kálmán* fiának, az általa meghódított *Horvát*-országot pedig *Almus* unokájának hagyván, *zágrábi* püspökséget alapítván, és külön időben igen hasznos törvényeket hozván 1095 haldoklók' szentségeivel ellátott lelkét kiadta, teste rendelése szerint *Váradra* vitetett a' tőle alapított főegyházba. —

tradere, ne ille vitam miseram agere compelleretur, verum cum negotium procrastinatur, *Geyza* e vivis excedit tumulo illatus *Vacii* in Basilica a se fundata 1077.

S. LADISLAUS Rex S.

ab anno 1077 — 1095 = 18:

S. *Ladislavus Geyzae* fratris vestigia persecutus regiam dignitatem diu recusavit, neque *Salamone* superstite coronari, seque regem salutari voluit; — cum tamen enixius rogeretur, Optimatumque animos cerneret contra *Salamonem* exacerbatos, ne regnum aliquod detrimentum caperet, coronam consentiente *Salamone* acceptavit 1081. — Verum facti mox adeo poenituit *Salamonem*, ut vitae *Ladislai* insidias strueret. — Quare comprehensus arci *Visegradiensi* inclusus, nec nisi 1083. liberatus est, ut elevationi S. *Stephani*, *Emerici*, ac *Gerardi* corporum interesset — post quatuor annos contra *Graecos*, et *Bulgaros* in societate *Cumanorum* pugnavit caesus est. — Bella *Ladislao* plura erant contra *Cumanos*, secundo tamen Marte terminata. — Morbo demum correptus, Hungaria *Colomanno* filio, *Croatia* a se S. *Coronae* adiecta *Almo* nepoti resignata, Episcopatu *Zagrabiensi* fundato, saluberrimisque legibus diversis temporibus latis 1095. animam morientium sacramentis provisam emisit, corpus eius, ut constituerat, *Varadinum* delatum in Basilicam a se erectam. —

KÁLMÁN 9-dik király

1095 — 1114 = 18.

Kálmán Sz. *László*' fia megkoronáztatván, és a' felzendült *Horvátország*ot szorosabb engedelmességre térítvén, a' keresztéseket, kik öldöklésekkel, és ragadozásokkal boszantják vala *Magyarországot*, nagy veszteségekkel megverte. — Országgyűlést hirdetvén jeles törvényeket hozott — a' halálos büntetést csak nem egészen eltörlötte, a' gonosztévőket nem hóhér pallosára kárhoztatván, hanem *püspökök*' , és *esperestek*' törvényszékére utasítván. — Azért megparancsoltatott, hogy minden püspök *fenyítő házat* építtessen, hol a' vétkesek bűjttel, munkával, de leginkább papok' intéseivel, és keresztény tudományra való oktatás által javítatnának. — A' *boszorkányokról*, mellyek nincsenek, említést tenni tilalmazta. — *Dalmatiát* magyar hatalom alá hódította. — Meghalt 1114-ben és a' *Székes fejevári* királyi temetőbe tétetett. — Jeles tudománya, és könyvtára miatt, melly akkori időben nagy ritkaság volt, *könyves Kálmánnak* neveztetett. —

II. ISTVÁN 10-dik király

1114 — 1131 = 17.

Második *István* tizenhárom éves korában 1114-ben megkoronáztatva következett atyja *Kálmán* után az igen szépen virágzó országban, ifju kora miatt országlásra elégtelen lévén, hét esztendeig a' fő rendek' gyámnoksága alatt volt — kik azonban a' királyi hivatalt is viselték. —

COLOMANNUS Rex 9.

ab annō 1095 — 1114 = 18.

Colomannus S. Ladislai filius peracta coronatione *Croatiæque* rebelli ad arctius obsequium reducta, *Cruce Signatos* Hungariam caedibus, ac rapinis infestantes insigni clade adfecit. — Indicto Procerum conventu praeclaras leges tulit: poenam mortis fere penitus abolevit, criminum reos non gladio subiiciens, sed ad *Episcoporum*, et *Archidiaconorum* tribunal relegans. — Unde lege praeceptum fuit, ut Episcopi singuli *domos correctorias* erigerent, in quibus rei ieiunio, laboribus, cumprimis vero Sacerdotum monitis, et recta in doctrina Christiana institutione ad frugem revocarentur. — De *Sagis*, quae non sunt, mentionem fieri prohibuit. — *Dalmatiam* iuribus Hungaricis asseruit. — Mortuus anno 1114. Albensi regum tumulo illatus est. — Ab eruditione insigni, et Bibliotheca, quae rarissima tunc temporis fuit, *könyves Kálmán* dictus est.

STEPHANUS II. Rex 10.

ab anno 1114 — 1131 = 17.

Stephanus II. tertium supra decimum agens annum patri *Colomanno* 1114. coronatus successit in regno sane florentissimo, ob iuvenilem aetatem regendo impar, septem annos tutelae Procerum subiavit, interea etiam regia munia obeuntium. — Initio regiminis totius

Országlása' elején csak nem egész *Dalmatiát* elvesztette, melyet mindazonáltal utóbb visszanyert. — Sürgettetvén az ország' nagyjaitól megházasodott, melly házassagból azonban nem született gyermeke. — Azért lassanként örökösről kezdte gondolkozni. — Ekkor épen idején az eléhozott *Belát*, *Almus'* fiát, megkoronáztatta, és *Uros'* leányát *Ilonát* vetette el vele feleségül. — Maga pedig lemondván az országról, és szerzetes köntöst öltvén virágzó korában, midőn ifjúkori hibáit erkölcsökkel iparkodik vala helyre hozni, megholt 1131-ben, *Nagy Váradon* temetteték nagyatyja' sz. *László'* tetemei mellé. —

Vak BÉLA 11-dik király

1131 — 1141 = 10.

Vak *Béla*, *Almus* herczegnek fia, *Lambertnek* unokája, a' *pecsvárad* *benedictinusoktól* neveltetett fel, 's még *II. István'* éltében megkoronáztatott 1131-ben. — Azonnal *Borichtól*, ki magát *Kálmán* törvényes fiának hirlélé, ismételve megtámadtatott, — de igyekezetét részint okosságával, részint fegyverével sikeretlenítette. — Az *aradi* gyűlésen 68 férfiak, kik *Almus*, és *Kálmán* közti viszályoknak, és kivakításának okai voltak, hálállal lakoltak. — A' *dömösi* prépostságot alapítván, megholt 1141-ben a' *Székes fejérvári* királyi temetőbe tétetett, — három fiát hagyván maga után *Geyzát*, *Lászlót*, és *Istvánt*. — Hibául tulajdonittatik neki, hogy meghalván felesége bővebb boritalnak adta magát.

fere *Dalmatiae* iacturam fecit, quam tamen tardus revindicavit. — Urgentibus regni Proceribus duxit uxorem, ex qua tamen nullas suscepit proles. — Unde sensim de successore constituendo cogitabat. — Tum opportune productum *Belam Almi* filium coronandum, eique *Helenam Urosii* filiam connubio iungendam curavit. — Ipse vero regno se abdicans, accepto monastico habitu decessit viridi aetate, cum errores adolescentiae virtutibus emendare studeret, 1131. — Sepultus *Varadini* pone ossa avi sui S. *Ladislai*. —

BELA coecus Rex 11.

ab anno 1131 — 1141 = 10.

Bela coecus *Almi Ducis* filius, *Lamberti* nepos, a *Benedictinis Pecsvaradiensibus* educatus, adhuc vivente *Stephano II.* coronatus est. — Mox a *Borichio*, qui se *Colomanni* genuinum filium dicitabat, impetitus iteratis vicibus fuit, cuius tamen conatus partim prudentia, partim armis irritos reddidit. — In comitiis *Aradini* habitis de 68 viris, qui simultatum *Almum* inter, et *Colomannum*, excoecationisque suae causa exstiterunt, capitalem poenam sumsit. — Fundata Praepositura *Dömösiensi*, relictis tribus filiis *Geyza*, *Ladislao*, et *Stephano* obiit 1141. — *Albano* regum tumulto illatus. — Vitio ei datur, quod defuncta uxore vino largius indulserit. —

II. GEYZA 12-dik király

1141 — 1161 = 20.

Második *Geyza* harmadnapra atyja' halála után megkoronáztatott, nehogy, mitől tartani lehetett, *Borich* felsegítettvén a' pártosoktól, valami bajt okozzon. — Ezen fejedelem *Borich* miatt többféle háborukba keveredett, de még is szerencsés kimenetellel. — Az *austriaiakat* fegyverrel, a' *görögöket* pedig pénzzel csendesítette le. — Okosságával és szelidségével az *István* testvérétől támasztott pártosságot sikeretlenné tette. — 1143 táján a' *Szászokat* Erdélybe szállította, — meghalálozván *Székes fejérvárott* nemzeti szokás szerint megtétetett neki a' halotti pompa. —

III. ISTVÁN 13-dik király

1161 — 1173 = 12.

Harmadik *István*, II. *Geyza*' fia, atyja' halála után az ország' kormányját átvette, és *Székes fejérvárott* megkoronáztatott. — Hogy annál inkább magához édesgetné a' Magyarokat három évi adójokat elengedte — ezen jó szívével még is el nem kerülhette a' veszélyt, *Manuel*, görög császár, *Istvánt* vak *Béla*' fiát tolván a' Magyarokra, — kik részint háború' félelméből, részint ajándékok által oda hagyván III. *Istvánt*, a' koronát előbb *Lászlónak*, azután *Istvánnak*, ezen néven negyediknek, elhatarozták átadni. —

GEYZA II. Rex 12.

ab anno 1141 — 1161 = 20.

Geyza II. statim tertio ab obitu patris die coronatus est, ne quod timebatur, *Borichius* factiosorum ope adiutus aliquid molestiarum causaret. — Princeps hic diversis bellis studio *Borichii* excitatis agitatus fuit, successu tamen felici usus. — *Austriacos* armis, *Graecos* aere soluto a bello inferendo amovit. — Prudentia, ac mansuetudine effecit, ut seditio a *Stephano* fratre tentata, successum nancisci neutiquam potuerit. — Circa 1143 Saxones in Transylvaniam introduxit. — Mortuo *Albae Regali*, ut mos Gentis erat; iusta persoluta sunt. —

STEPHANUS III. Rex 13.

ab anno 1161 — 1173 = 12.

Stephanus III. Geyzae II. filius post obitum patris sui regni gubernacula adiit, *Albaeque Regiae* inauguratus est. — Ut tanto arctius Hungarorum animos sibi devinciret, trium annorum tributum eis remisit, liberalitate tamen hac sua periculum avertendo non erat, *Manuele* Graecorum Imperatore *Stephanum Belae* coeci filium Hungaris obtrudente, qui metu armorum, munerumque largitione desertis *Stephani* tertii partibus, coronam temere *Ladislao* primum, dein *Stephano* hoc nomine quarto deferendam pronunciarunt. —

II. LÁSZLÓ 14-dik király

1161 — 1162 = $\frac{1}{2}$.

Második *László* királylyá lett inkább *Mánuel* erőszaktétele, mint Magyarok' akaratja által, de hat hónap mulva megszűnt élni; az utóvilágnál semmi más dologról, mint királyi czimjéről említendő. —

IV. ISTVÁN 15-dik király

1162-ben kezdett, és szűnt meg.

Kimulván II. *László*, IV. *István* 1162-ben kicsikarta koronázását a' Magyaroktól. — Kevelysége, és rendetlen teetei által gyülölségbe esvén, öt hónap mulva királyi székéből, söha vissza nem nyerendöböl, elüzetett. —

III. ISTVÁN visszatétetvén.

Uralkodott 1173-ikig, melly esztendőben meghalt — t. i. *Manuel* görög császártól különbféleképen üldöztetvén — helyre állván a' béke, és különféle törvényeket hozván, örökös nélkül Esztergomban temettetett el. —

III. BÉLA 16-dik király

1173 — 1196 = 23.

Harmadik *Béla* II. *Geyza*' fia, utolsó csemete lévén, *Manueltól*, kinek udvarában neveltetett, és már *Byzántiumban* császárnak is kineveztetett, a' magyar királyi székre visszakéretett. *Galicziát*, és *Lodomeriát* a' sz. koronához kapcsolván, *Szeremséget*, *Bosniát*, és *Dalmacziát*,

LADISLAUS II. Rex 14.

ab anno 1161 — 1162 = $\frac{1}{2}$

Ladislavus II. *Manuelis* potius violentia, quam consilio Hungarorum Rex factus, sed post semestris imperii spatium desiit; nulla alia re, quam titulo Regis posteris memorandus. —

STEPHANUS IV. Rex 15.

• ab anno 1162 coepit, et desiit.

Sublato e vivis *Ladislavo* II. *Stephanus* IV. 1162. ab Hungaris sui coronationem extorsit. — Ambitione sua, et inordinata agendi ratione exosus, post 5 menses e regno nunquam amplius recuperando, pulsus est. —

STEPHANUS III. restitutus.

Solio redditus *Stephanus* III. regnavit usque 1173, quo vivere desiit — nimirum a *Manuele* Graecorum Imperatore varie exagittatus; pace confecta, diversisque constitutionibus editis, improlis tumulto illatus est Strigonii.

BELA III. Rex 16.

ab anno 1173 — 1196 = 23.

Bela III. *Geyza* II. patre natus, cum unicus esset surculus, a *Manuele*, in cuius aula educabatur, etiam *Byzantii* Caesar renunciatus est, ad solium Hungaricum repetitus est. — *Gallicia*, et *Lodomeria* sacrae coronae adiectis, *Syrmio*, *Bosnia*, et *Dalmatia* e

a' *Görögöktől* visszanyervén, könyörgő leveleket hozván divatba a' királyi udvarban, — és a' tudományokat jobb karba állítván, — *Lászlót* 1182-ben szentek közé számláltatta. — *Imre* fiát királynak szánván, *Endrének* pedig, hogy helyette a' sz. földre menne, temérdek kincset hagyván, más világra költözött *Székes fejérvárott* 1196-ban, hol csontjai is nyugosznak. —

I M R E 17-dik király

1196 — 1205 = 9.

Az igen jó karban lévő országot azonnal, hogy igazgatni kezdette *Imre*, *Endre'* testvére' nagyravágyása miatt csak nem elpusztulva látta. — De *Endre* több sikertelen intések után elfogatván, az egész pártos sereg fegyverét lerakván a' király' lábaihoz bukva kegyelemért esdeklött, mellyet meg is nyert, egyedül *Endre Slavonia' Kheene* nevü várába tétetvén őrizet alá. — Végre mind kül, mind bel dolgait lecsendesítvén — *László* fiát királynak, *Endrét* pedig annak gyámnokává rendelvén megholt, *Egret* valamint halála, ugy temetése helyéül is nyerte. —

III. LÁSZLÓ 18-dik király

1204 — 1205 = $\frac{1}{2}$.

Három éves volt *László*, midőn atyját *Imrét* elvesztette, következő esztendőn *Bécsben* megholt, hová anyja öszveszedvén az ország' ékeit, vele együtt *Endrétől* félelem gerjesztetvén benne a' királyi méltóság miatt, szaladt volt. —

Graecorum manibus revindicatis, — introductis in aula regia libellis supplicibus — literarumque studiis restauratis, *Ladislauum* 1182 *Sanctorum Albo* inferri curavit. — *Emerico* filio rege designato, *Andreae*, ut sui loco in *Palaestinam* proficisceretur, ingenti thesauro relicto. — *Albae Regiae* fatis cessit 1196. ubi et ossa cubant. —

• E M E R I C U S Rex 17.

ab anno 1196 — 1205 = 9.

Regnum optime constitutum mox ut adiit gubernandum *Emericus Andreae* fratris ambitione vix non eversum vidit. — Verum *Andrea* saepius monito, nec tamen sapere volente, intercepto, universa rebellium, eius asseclarum multitudo abiectis armis regis pedibus advoluta supplex veniam petiit, quam et accepit, unicus *Andreas* in arce *Slavoniae Kheene* custodiae datus est. — Demum rebus externis pariter ac domesticis placatis, *Ladislao* filio rege, et *Andrea* eius tutore constituto, diem obiit supremum, *Agriam* ut locum mortis, ita sepulturae nactus. —

LADISLAUS III. Rex 18.

ab anno 1204 — 1205 = 1/2.

Triennis erat infans *Ladislauus*, cum patrem *Emericum* amisit, anno sequenti *Viennae* obiit, quo mater cum eo, timore ab *Andrea* incusso ob regiam dignitatem, convasatis regni insignibus, confugit. —

II. ENDRE (jerusálemi) 19-ik király

1205 — 1235 = 30.

Második *Endre* elnyervén *László'* halála után a' királyi méltóságot, szembetünőleg megváltozott: ugyan is *Gertrud'* nőjének hizelgéseai annyira megbájolták, hogy annak kénye szerint folynának nem csak a' házi, hanem országos dolgok is, annak akaratjából külföldiek emeltetének Magyarok' elmellőzésével a' főbb hivatalokra s. t. b. — Nem lévén tehát otthon a' király *Galiczia'*, és *Lodomeria'* lecsendesítése végett 1213-ban, az öszveeskedtek, *Bánk nádor'* vezérlése alatt a' királyt megölik. — Ezen fekete tettet a' király meg nem merte boszulni, nehogy a' Magyarokat még inkább felingerelje. — Azután atyja' fogadását akarván tellyesíteni, *Palaestina*ba ment, de míg máshol jár, az árván hagyott haza keserves nyomorúságokkal küzdik. — Mind e', mind régibb rosszak' orvoslása végett 1222-ki ország' gyűlésén végzemény adatott ki, melly *arany bullának* neveztetik arany nyomjegye miatt. — Mivel pedig a' királyi javak' jövedelmét *Zsidókra*, és *Ismaelitákra* bizta, számtalan bajokat árasztta az Országra, mellyeknek végét meg nem érhetette, kiszólitatván e' világból 1235-ben — eltemetett *Nagyváradon*. — Ezen fejedelem uralkodása alatt 1227. a' magyar koronához kapcsoltatott *Moldva*, melly akkor *Kumanidának* mondatott. —

IV. BÉLA 20-dik király

1235 — 1270 = 35.

Negyedik *Béla* ámbár egész uralkodása' idején sokat szenvedett az ország főképen a' *Tatórok'*

ANDREAS II. (Hierosolymitanus)

Rex 19. ab anno 1205 — 1235 = 30.

